ἔξ ὧν γάρ ἀγροῦ σιν ἥμιν] Τοῦ αὐτοῦ. Σημειώσας κανόνα, οὐτὶ ἔξ ὧν αὐτῶν καὶ ἀγροῦσιν ἥμιν ἀγρογάλ προσπορίζονται, ἐπὶ τῶν αὐτῶν αὐτῶν προσπορίζεται καὶ τῷ μαινομένῳ. προσπορίζεται δὲ ήμιν καὶ ἀγροῦσιν καὶ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικτίκιος, ὡς ἔγνως ἐν τῷ προλαβόντι διγέστῳ. εἴκετος οὖν καὶ τῷ μαινομένῳ ὡς ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικτίκιος δίδοται, καὶ δύναται αὐτὸν ὄντας τοῦ μαινομένου κινεῖ ὁ τούτου κονδικτίκιος· ὥστεον οὐκ καὶ εἰ πρόγαμον καταπῆται τοῦ μαινομένου η̄ ζημία τις ἀδικος αὐτῷ προσγένεται, η̄ καὶ ληγάτων η̄ φιδεῖον μαινομένου αὐτῷ τι κατελέφθη, δύναται δὲ τούτου κονδικτίκιος ὄντας αὐτοῦ τὰς προσφόρους κινεῖν ἀγρογάλας, ὡς καὶ τοῦτο φησιν ὁ Πομπώνιος ἐν τῷ εἰσημένῳ μδ. βιβ. ὑπὸ τὸν ζ. τιτ. ἐν τῷ κδ. διγ. [Sch. d. III. 263.]

Τοῦ Ἀγωνύμου. Κεῖται δὲ κανάριν ἐν ἀρχῇ τῆς γ'. ἵνατι. καὶ βιβ. κη. τιτ. α. διγ. ιζ. οὗτοι βιβ. λε. τιτ. ια. ὅλον δὲ τὸ παρόν διγ. κεῖται βιβ. μδ. τιτ. ζ. διγ. κδ. οὗτοι βιβ. νβ. τιτ. α. κεφ. κδ. [Sch. d. III. 263.]

Ἐνθα πρός σύστασιν τοῦ δανείου δρεῖται εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ δανεισμένου δαπανηθῆναι τὰ γομίσματα. οἷον ἐστὶν ἀγροοῦτός μον δανείων τις ἔμφατος, η̄ καταλείψῃ μοι φιδεῖον μαινομένου η̄ ληγάτων· οὐ γάρ μαινομένος ἀγροῦσιν ἔσκεν. [Sch. d. III. 264.]

εἰ δὲ καὶ δαγείσας τις δούλῳ] Τοῦ Νικαέως. Εἰ θεματισθῇ δὲ δούλος μη̄ ἔχων ἐλεύθερα πεκούλιον διοικησιν, οἵμαι πάλλιον εἶναι τὸν θεματισμὸν πρόσφρορον. Οὐ γάρ τοιούτος, ἐπεὶ μη̄ ἔχει ἀπὸ γνώμης τοῦ δεσπότου ἀδειαν τοῦ συγελλατείη, οὐδὲ τὸν δεσπότην ἐποίησεν ἔνοχον τῷ δανεικῷ κονδικτίκῳ. εἰ δὲ μετὰ τὴν μαγίαν τοῦ ἀριθμήσατος δαπανηθῆται γομίσματα εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ δεσπότου τοῦ δούλου, ἔκποτε τίκτεται τῷ μανέτι κονδικτίκιος δὲ ἐν ἔμφατος βέροιο. [Sch. e. III. 264.]

ἀπαίτοῦνται ὄντας τις μαγίαν μένον] Οὐ διὰ τοῦ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικτίκιον, ἀλλὰ διὰ τοῦ δὲ ἐν ἔμφατος κονδικτίκιον. τούτου δὲ ἐταύθα ἐμημονεύσεν, ἵνα δεῖξῃ, οὐτὶ καὶ ἀγροῦσιν αἱ ἀγρογάλα προσπορίζονται. [Sch. f. III. 264.]

Στεφάνου. Καὶ τοῦτο θεματίζων φησὶν δὲ Πομπώνιος ἐν τῷ εἰσημένῳ μδ. βιβ. τιτ. ζ. διγ. κδ. οὗτοι βιβ. νβ. kk) κατὰ τὸν δεσπότον δὲ διφέκται. καὶ οὐκὶ ὄντας τοῦ δούλου οὐτος δὲ κονδικτίκιος δίδοται. ἐνθα γάρ βέροια γέγονε τὰ δανεισθέντα, δύναται καὶ σούτον γόμινον τοῦ οἰκέτου¹⁾ δεσπότης ἐνάγεσθαι, ὡς ἔγνως ἐν τῷ τέλει τοῦ ζ. τιτ. τῆς δ. ἵνατι. ἐπειτοιγε καὶ μη̄ εἰς δεσποτικάς ἀδαπανῆσθησαν χρείας τὰ δανεισθέντα, οὐτὶ ὅλως δὲ δανείσας ὑγῆς ἦν τῷ τῇ ἀπαρθίμηματος κονδικτίκιος καὶ δὲ πεκούλιο. διὰ τοῦτο δὲ παρενέμεται τὸ παρόν κεράλιον τοῖς θεματισμοῖς, ὥστε τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος τίκτει κονδικτίκιον, οὐχ οὐτὶ καὶ αὐτὸν τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος τίκτει, ἀλλ' οὐτὶ βούλεται δεῖξαι, οὐτὶ καὶ

2) *cum eum compotem mentis esse putares* Stephani. Hoc enim facit bene depensum, quod qui pecuniam mutuam accepit, putet, dantem sanae mentis esse. Dixi enim tibi in digesto, non induci condictioem ex eo, quod utiliter pecunia depensat, sed ex eo, quod existimaverit is, qui pecuniam accepit, potuisse eum, qui ei numeravit, recte et iure ei credere. Ideo autem furiosus numeratione mutuum non contraxit, licet nummorum dominus esset, quia nihil penitus alienare potest: si autem non alienet, nec dominium nummorum translatum est. Dominio autem non translato, quomodo ab initio condictio competere potuit? Sic habetur lib. 44. Dig. tit. 7. dig. 24. quod est Pomponii, seu lib. 52. tit. 1. cap. 24.

3) *et nummos consumseris* Nisi enim pecuniam, quam quasi mutuam accepisti, consumseris, haec condictio non nascitur. Nec vero existimes, condictio nem de bene depensis non nasci, nisi pecunia in rem tuam versa sit: nam quomodocunque consumta sit, bona fide facta consumtio dicitur. Bona autem fide factam dico, quae ab eo facta est, qui in facto errabat, id est, condictio de bene depensis nascitur, si is, qui accepit, eum, qui numeravit, sanae mentis fuisse existimaret.

4) *nam ex quibus causis ignorantibus nobis* Eiusdem. Nota regulam, quod ex quibus causis etiam ignorantibus nobis actiones acquiruntur, ex iisdem causis etiam furioso acquiritur. Acquiritur autem etiam ignorantibus nobis condictio de bene depensis, ut didicisti in praecedenti digesto. Merito igitur condictio de bene depensis datur etiam furioso, eamque curator eius furiosi nomine intendere potest: quemadmodum etiam si res furioso subrepta sit, aut damnum iniuria datum, aut etiam legatum vel fideicommissum ei relictum sit, potest curator eius nomine eius competentes actiones movere, quod et Pomponius ait dicto lib. 44. tit. 7. dig. 24.

Innominati. Extat haec regula initio lib. 3. Institut. et lib. 28. tit. I. dig. 16. seu lib. 35. tit. II. Totum autem hoc digestum extat lib. 44. tit. 7. dig. 24. seu lib. 52. tit. 1. cap. 24.

Ubi, ut consistat mutuum, pecunia in rem eius, qui accepit, verti debet. Veluti si quis me ignorantē meo nomine crediderit, aut fideicommissum vel legatum mihi reliquerit: furiosus enim ignorantē comparatur.

5) *sed et si is, qui servo crediderat* Nicaei. Si fingamus, servum non habere liberam peculii administrationem, puto, aptiore casum esse. Eiusmodi enim servus, quia ex voluntate domini facultatem contrahendi non habet, nec dominum condictioē mutuo obnoxium reddere potuit. Si vero post furorem eius, qui pecuniam numeraverat, pecunia versa sit in rem domini, ab eo tempore condictio de in rem verso furioso acquiritur.

6) *furiosi nomine condictitur* Non per condictioē de bene depensis, sed per condictioē de in rem verso. Huius autem hoc loco meminit, ut ostendat, etiam ignorantibus actiones acquiri.

Stephani. Idem ait Pomponius dicto lib. 44. tit. 7. dig. 24. sive lib. 52. Adversus autem dominum directa. Et non servi nomine haec condictio datur. Cum enim pecunia versa est in rem domini, servi dominus etiam suo nomine conveniri potest, ut didicisti in fine tit. 7. lib. 4. Institut. Alioquin, etsi in utilitatem domini versa non esset, quod creditor compos mentis esset tempore numerationis, sic quoque condictio de bene depensis ei competeteret, etiam de peculio. Ideo autem miscuit hoc caput ceteris casibus, qui condictioē de bene depensis parint, non quod et ipsum condictioē de bene depensis pariat, sed quod ostendere velit, etiam furiosis actionem acquiri. Primum enim habuit con-

k) Sic Fabr. Lege εἰςάγει. *kk)* Fabr. in marg. notat: *vide infra Nicaei notam.* *l)* Adde δ.

μεμηρόσι προεπογίζεται ἀγνογή. πρῶτον μὲν γάρ ἐίχε κονδικίου δὲ πεκούλω, μετὰ δὲ τὴν μανίαν κονδικίου δὲ ἵν φέσσο. [Sch. f. III. 264.]

Τοῦ Νικαέως. Οὐ νομίζω, εἰ μήπω εἴπης τὸν δοῦλον ἔχειν ἐλευθέραν πεκούλων διοίκησον. [Sch. f. III. 264.]

Ἐνθα τις ἀλλότρια δανείσει] Ἰδίῳ ὄντοματι. Καὶ τότε γάρ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος ἀρμόζει αὐτῷ ὡς δανεῖσαντι. οὐ μόνον δὲ μανομένῳ προεπογίζεται οὗτος, ἀλλὰ καὶ ὑγιαίνουσιν ἀγνοοῦσιν, ὡς τὸ ἐπόμενον κεφάλαιον καὶ θέμα β'. αὐτοῦ, καὶ τοῦ ια'. κεφαλαίον θέμα τελευταῖον, καὶ τοῦ ιγ'. θέμα τελευταῖον ἐν τέλει. [Sch. g. III. 264.]

καὶ μανέντος αὐτοῦ δαπανῆσιν] Ἰνώθι τὴν φύσιν τοῦ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικίου. ἐπεὶ γάρ ὁ περιφρέσιος γενικὸς κονδικίους μονάς δεσπότης κατὰ κονόν δίδοται, οὕτις καὶ μετοφέρειν δύναται τὴν τῶν νομίσματον δεσποτείαν ἐπὶ τὸν λαμβανόντα· ἐπεὶ δὲ τοῖς προτετέθησι τούτοις τοιοὶ θέμασιν, δὲ μὲν οὐκ ἢ δεσπότης τῶν νομίσματον· ἀλλοτρια γάρ ἐθεματιστεῖ ταῦτα· δὲ δὲ μανομένος ὡς ἀντὶ ἀπόντος ἐνομίζετο ὃ δὲ οὐκ εἶχε πεκούλων διοίκησον· διὰ τοῦτο δέδωκε τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικίουν διὰ τὴν ἀγνοοῦσιν τὸν δανεισμένον, οὐτε γάρ ἐδικεῖν τὰ νομίσματα δύνατον ἢ ηδη δαπανηθέντα, οὐτε ὁ κέρτος ημοσεν ὡς μῆτε τῆς δεσποτείας μετατεθέντος ἐπὶ τὸν λαβόντα, τοῦ μὲν ἢ οὗτος δεσπότους, τοῦ δὲ μὴ ἔχοντος ἐλευθέραν πεκούλων διοίκησον. [Sch. h. III. 265.]

"Ἄλλη γάρ ἀγωγὴν ἔχει, δανειακὸν δὲ οὐ διὰ τὸ ἐπόμενον κεφάλαιον, ὡς δὲ μανομένῳ καὶ ἀγνοοῦσιν προεπογίζεται ὁ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικίους, ἐπειδὴ μετὰ μανίαν ἐδαπανήθησαν τὰ νομίσματα. [Sch. h. III. 265.]

ιγ'. Οὐλπιαν. Δανείζων δὲ κλέπτης οὐ ποιεῖ τὸν λαβόντα δεσπότην. εἰ δὲ δαπανηθῶσιν, ἀρμόζει ἀπαίτησις. ἐὰν ἀλλότρια σοι δανείσω νομίσματα, οὐκ ἐνέχῃ μοι, ἔως ἂν αὐτὰ δαπανήσῃς. ὅλων δὲ δαπανωμένων ἢ μέρους, ἀρμόζει μοι κονδικίους ἐπὶ πᾶσιν ἢ τοῖς δαπανωμένοις.

**Ἔὰν κοινὸς δοῦλος δανείσῃ δέκα νομίσματα καὶ δαπανηθῶσιν, ἀνὰ πέντε οἱ δεσπόται ἀπαιτοῦσι. καὶⁱⁱ⁾ ὁ κοινωνὸς γάρ τὰ κοινὰ δανείζων εἰς μόνον τὸ ἥμισυ τὴν ἀπαίτησιν ἔχει, καὶ εἰ τὸ καθ' ἔκαστον τῶν σωμάτων ἢν κοινόν.*

δανείζων δὲ κλέπτης] Τοῦ Ἀνωτέρου. Καὶ ἄλλας ἀγωγὸς ἔχειν ὃ κλέπτης, ὡς τὴν δεσπόται καὶ τὴν κομιδάται, ὡς βιβ. ε'. τιτ. α'. διγ. ξδ'. ἦτοι βιβ. ζ'. τιτ. ε'. κεφ. ξδ'. ἀναγρωθεῖ καὶ τιτ. σ'. τούτου τοῦ βιβ. διγ. νε. ἦτοι βιβ. ιδ'. τιτ. σ'. κεφ. νε. καὶ βιβ. ιγ'. τιτ. σ'. διγ. ιγ'. ἦτοι βιβ. ιγ'. τιτ. α'. κεφ. ιγ'. καὶ τιτ. σ'. διγ. ιβ'. ἦτοι βιβ. ιε'. τιτ. α'. κεφ. ιβ'. [Sch. i. III. 265.]

Ζῆτει βιβ. ιδ'. τιτ. σ'. κεφ. νε. καὶ βιβ. θ'. τιτ. ιγ'. κεφ. ολδ'. Θεμ. θ'. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ Στεφάνου παραγραφήν, καὶ βιβ. ιγ'. τιτ. β'. κεφ. α'. Θεμ. ιγ'. καὶ κεφ. λα'. καὶ βιβ. ιε'. τιτ. ε'. κεφ. ιδ'. καὶ τιτ. αὐτοῦ α'. κεφ. ο'. Θεμ. δ'. [Sch. i. III. 265.]

οὐ ποιεῖ τὸν λαβόγυτα δεσπότην] Τούτεστιν, εἰ σώζονται τὰ νομίσματα καὶ ἔμιξαν, ὡςτε μη^m) δύνασθαι διακριθῆναι. εἰ γάρ ἔμιξαν καὶ οὐ δύνανται διακριθῆναι, τοῦ λαβόντος γίνονται. Ζῆτει δὲ βιβ. ιε'. τιτ. ε'. κεφ. οη'. καὶ ιγ'. καὶ ιη'. [Sch. k. III. 265.]

εἰ δὲ δαπανηθῶσιν] Εἰ δὲ μὴ δαπανηθῶσιν, εἰ μὲν φαίνονται, μηδέσουσιν οἱ δεσπόται ἵν φέσσο. εἰ δὲ οὐ δύνανται διακριθῆναιⁿ⁾, κανονῶν ἢ κέρτον γενικὸν κονδικίουν, ἢ ἄλλο τὸ ὄμοιον. ὀλάγηνθει βιβ. ιε'. τιτ. ε'. κεφ. οη'. παρόμοιον. [Sch. l. III. 265.]

ἀρμόζει ἀπαίτησις] Στεφάνου. Βλέπε, ὅτι οὐκ εἴπεν ἴδικῶς τῷ κλέπτῃ τίκτεσθαι τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κονδικίουν, ἀλλὰ μόνον δαπανηθέντων τῶν νομύμων τίκτε-

dictionem de peculio, post furorem autem condictionem de in rem verso.

Nicaei. Non puto, nisi forte dixeris, servum habere liberam peculii administrationem.

7) si quis alienam pecuniam crediderit] Suo nomine. Tunc enim condictio de bene depensis ei competit, quasi pecuniam mutuam dederit. Non solum autem furioso haec actio acquiritur, sed et sanae mentis hominibus ignorantibus, ut ait caput sequens et thema 2. eius, et capitulū II. thema ultimum, et capitulū 13. thema ultimum in fine.

8) eo que furente consumta sit] Disce naturam condictionis de bene depensis. Quoniam enim certi generalis condictio soli domino datur secundum regulam, qui et dominium nummorum in accipientem transferre possit: in tribus autem propositis casibus vel nummorum dominus non erat: singit enim, alienam pecuniam fuisse: vel furiosus pro absente habebatur, vel servus non habebat liberam peculii administrationem: ideo condictionem de bene depensis dedit propter ignorantiam eius, qui mutuum accepit. Neque enim nummi iam consumti vindicari poterant, nec certi conductio competit, quasi dominio in accipientem non translato, quod qui dedit, dominus non esset, vel liberam peculii administrationem non haberet.

Aliam enim actionem habet: nec vero condictionem certi ex mutuo propter sequens caput. Quasi autem furioso et ignorantis condictio de bene depensis acquisita est, quia post furorem nummi consumti sunt.

XIII. Ulpian. Si fur mutuum dederit¹⁾, acci- L. 13. pr. pientem dominum non facit²⁾. Sed si nummi con- §. 1. sumti sint³⁾, condictio competit⁴⁾. Si alienos num- D. XII. 1. mos⁵⁾ mutuos tibi dedi, non ante teneris mihi, quam eos consumseris. Quodsi tota pecunia consumta sit⁶⁾, vel pars eius, competit mihi conductio totius, vel eius, quod consumtum est⁷⁾.

Si servus communis⁸⁾ decem nummos credide- §. 2. rit, et nummi consumti sint⁹⁾, domini quinos petent¹⁰⁾. Nam et si socius¹¹⁾ communes nummos crediderit, dimidiae tantum partis petitionem habet, etiamsi singula corpora communia fuerint.

1) si fur mutuum dederit] Innominati. Alias quoque actiones fur habet, ut depositi et commodati, ut lib. 5. tit. 1. dig. 64. seu lib. 7. tit. 5. cap. 64. Lege et tit. 6. huius libri, dig. 55. seu lib. 24. tit. 6. cap. 55. et lib. 13. tit. 6. dig. 16. seu lib. 13. tit. 1. cap. 16. et tit. 7. dig. 22. seu lib. 25. tit. 1. cap. 22.

Quaere lib. 24. tit. 6. cap. 55. et lib. 2. tit. 3. cap. 134. them. 2. et ibi Stephani adnotationem, et lib. 13. tit. 2. cap. 1. them. 28. et cap. 31. et lib. 26. tit. 5. cap. 94. et eiusdem lib. tit. 1. cap. 70. them. 4.

2) accipientem dominum non facit] Id est, si nummi extinti, et ita mixti sint, ut discerni possint: nam si ita mixti sint, ut discerni non possint, flunt accipientis. Quaere autem lib. 26. tit. 5. cap. 78. et 17. et 18.

3) sed si nummi consumti sint] Si vero consumti non sint, si quidem appareant, domini agent in rem. Si vero discerni non possint, agent certi conductio generali, aut alia qua simili actione. Lege lib. 26. tit. 5. cap. 78. simile.

4) condictio competit] Stephani. Observa, specialiter non dici, furi nasci condictionem de bene depensis, sed tantum consumtis nummis nasci conductio-

ⁱⁱ⁾ Aliter argumentum huius loci inde a verbis δοκιμάσων traditur in Sch. l. ad Basil. XII. 1. cap. 80. Fabr. T. II. p. 40. edit. nostr. T. I. p. 787. ^{m)} Fabr. in marg. notat, delendam esse negationem. ⁿ⁾ Fabr. in marg. emendat διακριθῆναι.

σθαι τὸν κορδικτίκιον. Λαζόθεος μέντοι καὶ Θαλέλαιος οἱ μακαρῖται αὐτῷ τῷ κλέπτῃ τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος δεδώκασιν κορδικτίκιον. καίτοι οὐδέποτε τις ἐκ τῆς οἰκείας ἀναιδείας ἔχειν δύναται ἀγωγήρ, οὐδὲ ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ μ. βιβ. τιτ. β. διγ. ιβ. φησίν, ἡτοι βιβ. ξ. τιτ. ιβ. κανονίζει δὲ αὐτὸς ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ ν. τῶν διγ. βιβ. τιτ. τελευτ. διγ. λέγων, μηδένα ἐκ τοῦ οἰκείου ἀμαρτήματος δύναται βελτίστα ποιεῖν τὴν οἰκείαν αἴρεσιν. ἀλλὰ ίδικῶς ὁ Οὐλπιανὸς πρὸς τῷ τέλει τοῦ ιθ'. διγ. τοῦ παρόντος τιτ. κανονίζων φησίν, ὅτι καθόλου γάρ ὁ ἀλλοτρίους νομίμους ἀριθμῆσας οὐδὲ ἐπὶ δικαίῳ, δαπανῆθεντων αὐτῶν ἐνεργεμένον ἔχει τὸν εἰληφότα. φησὶ δὲ ὁ Παπιανὸς ἐν τῷ παρόντοι βιβ. τιτ. σ'. διγ. νε. ἡτοι βιβ. κδ. τιτ. σ., ὅτι ἐὰν προσέδων ἀλλοτρίους οἴκους μισθώσῃ καὶ λάβῃ τὸν μισθόν, δύναται^ο) ὁ μισθωσάμενος καὶ δεδωκὼς ψεπειτεύεν παρα αὐτοῦ τὸν δεδωμένον. φησὶν δὲ καὶ ὁ Μάρκελλος ἐν τῷ ισ'. διγ. τῆς κομμοδοῦτι, οὐτὶ καὶ ὁ κλέπτης καὶ ὁ προσέδων μηδέν τὸ ἀλλοτρίουν ἔχει τὴν κομμοδότι, ἐν ὧ δηλούστι δόλον τὴν ἀγωγὴν ἐκομψίτευσεν, ὃς ἔγνως ἐν τῷ α'. βιβ. τῶν δὲ ιονδίκιας τιτ. α. διγ. ξδ. ἡτοι βιβ. ζ. τιτ. ε. κεφ. ξδ. καὶ ὑποθέμενος δὲ τὸ ἀλλοτρίουν δὲ προσέδων δύναται πιγγερατίκιαν καὶ ἐπὶ τοῖς καρποῖς τούτους κινεῖν, ὃς Οὐλπιανὸς ἐν τῷ ιθ'. διγ. τῆς πιγγερατίκιας τοῦ ἔχεις τιτ. φησίν, ἡτοι βιβ. κε. τιτ. α. κεφ. ο. θεμ. ε. ἔγω δὲ ἀναγνωσκων καὶ βιβ. ξ. τιτ. ιβ. κεφ. ιβ. καὶ εὐδίσκων, οὐτὶ ἐὰν ὁ κλέπτης ἀπολέσῃ, ὁ ἔκλεψεν, ὡς κλαπέν παρὰ τινος, οὐκ ἔχει κατὰ τὸν κλέψατος ἀγωγὴν, ταῦτα λέγων, οὐτὶ τῷ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κορδικτίκιον, ἀπλῶς δὲ κερτογενικαὶ κορδικτίκιοι, η τῷ ἀπὸ καλοῦ καὶ δικαίου καὶ πρὸ δαπανῆς ἐνέχῃ μοι, καὶ κλέπτης εἰμι. ὁ γάρ, κλέπτης τὸ κλοπιμαῖον πρὸς τινα δοὺς εἰς τὸ τέως αὐτὸν μονον ἀναλαβεῖν ἀεὶ ἀγωγὴν ἔχει. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. μδ. [Sch. m. III. 265. sq.]

Πρόσσχες, πῶς ἔργητεν δὲ Παλαιὸς τὸ οὐδεῖς ἐκ τοῦ οἰκείου ἀμαρτήματος ἀγωγὴν ἔχει. ζήτει σύμφωνον τῇ παρούσῃ ἔξηγησει καὶ βιβ. κε. τιτ. α. κεφ. ο. θεμ. ε. ἔγω δὲ ἀναγνωσκων καὶ βιβ. ξ. τιτ. ιβ. κεφ. ιβ. καὶ εὐδίσκων, οὐτὶ ἐὰν ὁ κλέπτης ἀπολέσῃ, ὁ ἔκλεψεν, ὡς κλαπέν παρὰ τινος, οὐκ ἔχει κατὰ τὸν κλέψατος ἀγωγὴν, ταῦτα λέγων, οὐτὶ τῷ ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κορδικτίκιον, ἀπλῶς δὲ κερτογενικαὶ κορδικτίκιοι, η τῷ ἀπὸ καλοῦ καὶ δικαίου καὶ πρὸ δαπανῆς ἐνέχῃ μοι, καὶ κλέπτης εἰμι. ὁ γάρ, κλέπτης τὸ κλοπιμαῖον πρὸς τινα δοὺς εἰς τὸ τέως αὐτὸν μονον ἀναλαβεῖν ἀεὶ ἀγωγὴν ἔχει. ἀνάγνωθι καὶ κεφ. μδ. [Sch. m. III. 266.]

Σημείωσαι τὸν Παλαιὸν διδόντα καὶ τῷ κλέπτῃ τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κορδικτίκιον. ἔχει οὖν ἐπὶ δικαίῳ οὐκ παραδίδονταν καὶ τὴν ὄλην τοῦ Παλαιοῦ ἔρμητον καλλιστήν τινα παραδίδονταν σοι. ἀνύγνωθι καὶ βιβ. κε. τιτ. ε. κεφ. κδ. θεμ. β. καὶ^ο) ξωθεν τὸν κεφαλαῖον κειμένας παραπομπάς, καὶ πρόσσχες ἔκεινος. [Sch. m. III. 266. sq.]

ἐάνν ἀλλότρια] Ζήτει βιβ. μδ. τιτ. ζ. διγ. κγ. θεμ. γ. ἡτοι βιβ. νβ. μδ. τιτ. α. κεφ. κδ. περὶ τὸ τέλος, καὶ βιβ. κγ. τιτ. γ. διγ. πα. ἡτοι βιβ. κθ'. τιτ. α. κεφ. οζ'. καὶ βιβ. κε. τιτ. ε. κεφ. ήδ. καὶ τιτ. α. αὐτὸν κεφ. ν. θεμ. γ. ομοιος, καὶ βιβ. κδ. τιτ. σ. κεφ. ιε. [Sch. n. III. 267.]

Σημείωσαι ίδικῶς ἐν ὅρτῳ, ὅτι^ρ) ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κορδικτίκιον οὐκ ἀμα τῇ ἀπαριθμήσει, ἀλλὰ τῇ καθ^δ ἡμέραν δαπάνην συνίσταται καὶ συναγένεται. [Sch. n. III. 267.]

Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς; Ἐν τῷ οη̄. διγ. τοῦ τρίτου τιτ. τοῦ μσ'. βιβ. ἡτοι βιβ. κε. τιτ. ε. φησίν, ὅτι ἐν ἀγνοούντος μον ἡ ἀκοντός μον καταβληθῶι νομίμωματι μον, ἐμὰ μένουσιν· εἰ δὲ μισθῶσιν^{pp}), ἀστε μὴ δύνασθαι διακριθῆναι, σὰ μὲν γίνεται, ἔχω δὲ κατὰ τὸν δεδωκότος τὴν φούρτη. [Sch. n. III. 267.]

δὲ δὲ δαπανωμένων] Δίγναμαι δὲ καὶ μὴ δαπανηθέντων ἀναλαμβάνειν τὴν νομίμην αὐτῶν διὰ τοῦ κορδικτίκιον. καὶ ζήτει βιβ. κδ. τιτ. σ. κεφ. ιε. θεμ. β. [Sch. o. III. 267.]

Ἐν δὲ βιβ. κδ. τιτ. σ. κεφ. ιε. φησίν, ὅτι ἔὰν καταβάλῃ τὶς την μὴ χρεωστούμενα νομίμωματα ἀλλοτρίων ὄντα καὶ οὐκ αὐτοῦ τον καταβαλόντος δεσπότου, δύναται τὴν νομίμην αὐτῶν ἀναλαμβάνειν διὰ τοῦ σιγε κεύσα κορδικτίκιον. καὶ εἰ μὲν ἔχει τὸ ὅρθὲν κεφάλαιον χώραν, καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀστε ἀναληφθῆται. [Sch. o. III. 267.]

ἡ τοῖς δαπανωμένοις] Καθόλου γάρ ὁ ἀλλοτρίων νομίμωματα δανείσας δαπανηθέντων αὐτῶν ἔχει τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανῆματος κορδικτίκιον. καὶ ἀνάγνωθι κεφ. μδ. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ ε. τοῦ Παλαιοῦ παραγγελμήν. [Sch. p. III. 267.]

nem. Dorotheus tamen et Thalelaeus beatae memoriae furi ipsi condicione de bene depensis dederunt. Atqui nunquam quis ex sua improbitate actionem habere potest, ut Ulpianus lib. 47. tit. 2. dig. 12. ait, seu lib. 60. tit. 12. Idem autem Ulpianus lib. 50. Dig. tit. ult. dig. 134. regulariter tradit, neminem ex suo delicto conditionem suam meliorem facere posse. Verum specialiter Ulpianus in fine dig. 19. huius tit. regulariter tradit: Nam omnino qui alienos nummos numeravit mutui causa, consumtis eis habet obligatum eum, qui acceperit. Ait autem Papianus huius libri tit. 6. dig. 55. seu lib. 24. tit. 6. si praedo alienas aedes locaverit et mercedem acceperit, conductoret, qui mercedem dedit, solutam mercedem ab eo repete non posse. Sed et Marcellus ait dig. 16. *commodati*, etiam furem et praedonem, qui rem alienam commodaverit, habere commodati actionem, ob dolum scilicet *commodatii*, ut didicisti lib. I. partis de *iudiciis*, tit. 1. dig. 64. seu lib. 7. tit. 5. cap. 64. Sed et praedo, qui rem alienam pignori dedit, potest et de fructibus eius pigneratitiam intendere, ut Ulpianus dig. 22. tit. sequentis *de pigneratitia actione* ait, seu lib. 25. tit. 1. cap. 22. them. 2. Quid ergo dicemus? Quod dicitur, neminem ex dolo suo vel delicto suo actionem habere, sic intellige, ut actionem non habeat adversus eum, quocum dolum vel delictum commisit, vel qui ei mandavit, ut dolum faceret.

Observa, quomodo Antiquus interpretetur illud: Nemo ex suo delicto actionem habet. Quaere, quod huic interpretationi congruit, lib. 26. tit. 1. cap. 70. them. 5. Ego vero legens et lib. 60. tit. 12. cap. 12. et cognoscens, furem, si rem, quam subripuerat, furto alterius amiserit, non habere furti actionem adversus furem, dico, te condicione de bene depensis, simpliciter autem certi generali condicione, vel condicione ex bono et aequo etiam ante consumptionem mihi teneri, licet fur sim. Fur enim rem furtivam dans alicui, ut ipse tantum interim recipiat, semper actionem habet. Lege et cap. 44.

Nota Antiquum dantem etiam furi condicione de bene depensis. Memineris igitur traditionis et totius interpretationis Antiqui pulcherrima quaedam tradentis. Lege et lib. 26. tit. 5. cap. 24. them. 2. et allegationes intus hoc loco positas, et eis adhaeras.

5) si alienos nummos] Quaere lib. 44. tit. 7. dig. 23. them. 3. seu lib. 52. tit. 1. cap. 23. circa finem, et lib. 23. tit. 3. dig. 81. seu lib. 29. tit. 1. cap. 77. et lib. 26. tit. 5. cap. 94. et eiusdem tit. 1. cap. 56. them. 3. simile, et lib. 24. tit. 6. cap. 15.

Nota specialiter in contextu, condicione de bene depensis non statim ex numeratione, sed consumptione quotidianae constitutu et crescere.

In Enantiophanis. In dig. 78. tit. 3. lib. 46. seu lib. 26. tit. 5. dicitur: Si me ignorante vel invito nummi mei soluti sint, mei manent: si vero ita mixti sint, ut discerni non possint, tui quidem fiunt, habeo autem adversus eum, qui dedit, furti actionem.

6) quod si tota pecunia consumta sit] Possum autem, et si nummi consumti non sint, per condicione possessionem eorum recipere. Et quaere lib. 24. tit. 6. cap. 15. them. 2.

In libro autem 24. tit. 6. cap. 15. dicitur: Si quis alienos nummos indebitos solverit, qui non sunt eius, qui solvit, potest possessionem eorum recipere per condicione sine causa. Et si dictum caput locum habeat, utique et in praesenti capite locum habere debet, ut recipiat.

7) vel eius, quod consumptum est] Generaliiter enim qui alienos nummos mutuos dedit, consumtis eis condicione habet de bene depensis. Et lege cap. 41. et in eo quintam Antiqui adnotationem.

o) Fabr. in marg. addit oὐ ante διναται. oo) Adde τὰς post κατ. p) Adde ὁ post δτι. pp) Lege μιγῶσιν.

ἐάν κοινός δοῦλος] Κυρῆλλου. Εάν δὲ κοινός δοῦλος ἡ γομίσματα δανείσει, καὶ ἀδαπανήθησαν, ἀνὰ πέντε οἱ δεσπόται ἀπαύονται, καὶ μὴ εἶχε λίβεραν πεκούλιον ἀδμινιστράτιον. ὁ δὲ κοινός ἐκατόν γομίσματα δανείσας, οὐ τὸ ημίσιον ἔκαστος, ἀλλὰ πεντήκοντα ἀπαιτεῖ. εἰ δὲ ὑπεξόντιος δανεισμένος παρὰ τὸ δόγμα καταβάλῃ, καλῶς ἐκδικεῖ ὁ πατήρ τοὺς νοῦμμους. εἰ δὲ ἐγγίλωνται, οὐκ ἔχει κονδικίον. οὗτος γάρ τότε ἀρμόττει, ὅπερ^{q)} ἔξεποιθησαν τὰ γομίσματα, ἐπάτετο ἄγωγή· ἐνταῦθα δὲ εἴτε ὑπεξόντιος, εἴτε ἀντεξόντιος τῷ δικαιούμενῳ καὶ τοῖς ἀπαιτητοῖς. [Sch. q. III. 267.]

καὶ δαπανηθῶσιν] Εἰ δὲ μὴ δαπανηθῶσιν, εἰ μὲν φαινονται, κινήσουσιν οἱ δεσπόται ἵν φέμ. εἰ δὲ οὐ δύνανται διαριθμήσαν^{r)}, ἢ, κέπτον γενικούν κονδικίουν κινήσουσιν, ἢ ὅλον τὸ ὄμοιον. αὐτέγγωντι παρόμοιον ἐν βιβ. κ. τι. ε. κεφ. ογ'. [Sch. r. III. 268.]

ἀπαιτοῦσι] Λιὰ τοῦ ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος κονδικίουν· προεποιεῖθε γάρ οὗτος αὐτοῖς καὶ ἄγονούσιν, ὡς κεφ. ιβ'. [Sch. s. III. 268.]

καὶ δικαιούμενός γάρ] Τοῦ Ἐναντιοφανοῦς. Ἐπὶ δύο κοινωνῶν ἀργυροπορητῶν ἔκαστος τὸ ὄλον ἀπαιτεῖ, ὡς βιβ. β'. τι. ιδ'. διγ. κ. τοῦτο βιβ. α'. τι. α'. ξέπει καὶ κεφαλαιον αὐτοῦ θ'. καὶ τὸν Παλαιόν. [Sch. t. III. 268.]

Τοῦ Ἀγωνύμου. Ἀνάγνωθι βιβ. μετ'. τι. γ'. διγ. δεκ'. καὶ νδ'. κεφ. τούτου τοῦ τι. καὶ τι. σ'. τούτου τοῦ βιβ. διγ. ιδ'. καὶ θέματος β'. ητοι βιβ. νδ'. τι. σ'. αὐτοῦ καὶ κεφ. ιε'. αὐτοῦ. [Sch. t. III. 268.]

ιδ'. Ιδεμ. Ἐάν ὑπεξόντιος παρὰ τὸ δόγμα δανεισμένος ἀποδώσει, ὁ πατήρ ἐκδικεῖ τὰ γομίσματα. εἰ δὲ δαπανήσει^{r)} αὐτὰ δανειστής, ἀργεῖ ἀπαιτητοῖς· τότε γὰρ ἀρμόζει, ὅταν ἥμελλεν ἔχειν ἄγωγήν δεδωκώς, εἶπερ ἦν δεσπότης, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ παρόντος θέματος. εἰ γὰρ κατὰ πλάνην ἀποδοθῇ τὸ παρὰ τὸ δόγμα δανεισθέν, ἀργεῖ ἡ ἀπαιτητοῖς.

παρὸν τὸ δόγμα] Θές γάρ, εἰς αἵτιας ἔδανείσατο, εἰς οὓς οὐκ ἔχονται ἀνὸπατήρ. πότε δὲ καταγγέλλεται τὸ δόγμα δανείσαται, μαρτίανεις βιβ. ιδ'. τῶν διγ. τι. ε. ὅταν δὲ κατέκλευσιν τοὺς πατρὸς δανεισθητούς, καὶ ὅταν εἰς τὸ τοῦ πατρὸς στρέψῃ τὰ δανεισθέντα, ἀργεῖ τὸ δόγμα, καὶ ὅταν ὅπων κατέχειν τὰ δανεισθέντα, οὐκέτι τὸ δόγματα, καὶ τὸ εἰωθός παρὰ τοῦ πατρὸς χορηγεῖσθαι, οὐ χώρα τῷ δόγματι. εἰ δὲ ἀσύμμετρον, εἰς τὸ επ' ἐκείνουν χώρα τῷ δόγματι. [Sch. u. III. 268.]

ὅ πατήρ ἐκδικεῖ] Κινεῖ τὴν ἵν φέμ δικαιούσι, εἰ μὲν τῶν προσποιζομένων εἰσὶν οἱ καταβληθέντες νοῦμμοι, σοῦ νόμιμες^{s)} εἰ δὲ τῶν ἀργοποιούστων, φίλοι νόμιμε. φανόμενα διὰ τὴν ἵν φέμ. καὶ οὖμ καταῦθα τὸ ἐκδικεῖν ἐπὶ τοῖς ἵν φέμ. αὐτέγγωντι καὶ βιβ. ιδ'. κεφ. κδ'. [Sch. x. III. 268.]

εἰ δὲ δαπανήσει αὐτά] Βόρα φίδε δηλονότι. θές γάρ, οὐτε ἔνομισεν αὐτὸν ὁ κρείτιως κατὰ γνώμην τοῦ πατρός, η αὐτέξουσιν γενόμενον καταβαλεῖν. Τοῦ Ἀγωνύμου. Αργαγωθι βιβ. ιδ'. τι. σ'. διγ. θ'. ητοι βιβ. ιη'. τι. δ'. κεφ. θ'. [Sch. y. III. 268.]

ἀργεῖ ἀπαιτητοῖς] Αρμόττει δὲ ὁ γενικὸς κονδικίος τῷ πατρὶ ὡς βιβ. ιδ'. τι. δ'. κεφ. θ'. θεμ. β'. καὶ ἡ ἐκείνου τοῦ Παλαιού παραγαφῆ. [Sch. z. III. 268.]

τότε γὰρ ἀρμόζει] Στεφάνου. Τοῦτο^{t)} ἔστιν, δὲ θέλει εἰπεῖν, ὅτι ἐξ ἐκείνων τῶν αἵτιων ὁ ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος τίκτεται κονδικίος, ἐξ ὧν εἰ δὲ ἀνὸπατεία τῶν νοῦμμων ἐπὶ τὸν λαβόντα μετέστη, ἐπάτετο ἄγωγή· οὐ λέγω, δὲ ἐπίδειτος κονδικίος ὁ σύγχορος τῇ ἀπαριθμήσει. τότε δὲ ἐπάτετο, οὐτε μὴ ὡς χορός ἀπεδωκεν, ὅλλα ὡς δανείζον τοὺς νοῦμμους κατέβαλε· τοῦτο^{u)} ἔστι τὸ ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος τίκτεται κονδικίος, οὐτε ὁ ἀπαριθμήσας σκοπὸν καὶ

8) si servus communis] Cyrilli. Si servus communis decem nummos crediderit, et consumti sint, singuli domini quinos repetent, quamvis liberam peculii administrationem non habuerit. Si vero socius centum communes nummos crediderit, non dimidiam partem quisque, sed quinquaginta condicet. Quodsi filiusfamilias contra Senatusconsultum mutuatus solverit, recte pater nummos vindicat. Sed si fuerint consumti, contradictionem non habet. Haec enim competit, cum, si nummi alienati essent, nasceretur actio. Hoc loco autem, sive filius in potestate, sive sui iuris constitutus de suo solverit, actio non nasceretur: cessat igitur repetitio.

9) et nummi consumti sint] Si vero consumti non sint, si quidem apparent, domini agent in rem: si vero discerint non possint, vel certi contradictione generali experientur, vel alia qua simili actione. Lege simile in lib. 26. tit. 5. cap. 78.

10) petent] Condicione de bene depensis: haec enim ipsis etiam ignorantibus acquisita est, ut cap. 12.

11) nam et si socius] Enantiophanis. In duabus sociis argentiariis singuli solidum petunt, ut lib. 2. tit. 14. dig. 27. seu lib. II. tit. 1. Quaere et eiusdem cap. 9. et Antiquum.

Innominati. Lege lib. 46. tit. 3. dig. 94. et cap. 54. huius tit. et tit. 6. huius lib. dig. 19. et them. 2. seu 1 ib. 24. tit. 6. eiusdem et cap. 15. eiusdem.

XIV. Idem. Si filiusfamilias contra Senatusconsultum¹⁾ mutuatus pecuniam solverit, pater nummos vindicat²⁾. Sed si creditor eos consumserit³⁾, cessat condicatio⁴⁾: tunc enim competit⁵⁾, cum is, qui dedit, actionem habiturus esset⁶⁾, si dominus esset, quod non est in proposita specie⁷⁾. Nam si per errorem solutum sit, quod contra Senatusconsultum creditum est, cessat condicatio.

L. 14.
D. XII. 1.

1) contra Senatusconsultum] Finge enim in eas causas mutuatum, in quas pater non esset erogatur. Quando autem contra Senatusconsultum mutuetur, disces lib. 14. Dig. tit. 5. Cum autem iussu patris acceperit, aut in rem patris pecunia versa fuerit, cessat Senatusconsultum, et cum liberalium studiorum causa absens mutuum accepit, nec modum excessit, vel quantitatē a patre subministrari solitam, locus non est Senatusconsulto. Si vero immodicum mutuum accepit, eius, quod superat, nomine locus est Senatusconsulto.

2) pater nummos vindicat] Pater in rem agit, si quidem nummi soluti sint ex his, quae patri acquiruntur, suo nomine: si vero ex his, quae non acquiruntur, filii nomine. Extantes nummos propter actionem in rem. Et observa verbum vindicandi in actionibus in rem. Lege et lib. 52. cap. 24.

3) sed si — eos consumserit] Bona fide scilicet. Pone enim, creditorem existimasse, eum ex voluntate patris, aut sui iuris factum solvere. Innominati. Lege lib. 14. tit. 6. dig. 9. seu lib. 18. tit. 4. cap. 9.

4) cessat condicatio] Competit autem patri generalis condicatio, ut lib. 19. tit. 4. cap. 9. them. 2. et ibi Antiqui adnotatio.

5) tunc enim competit] Stephani. Hoc est, quod dicere vult: Ex illis causis nascitur condicatio de bene depensis, ex quibus si dominium nummorum ad accipientem transisset, actio nata esset: non dico, indebiti condicatio, quae contemporanea numerationi. Tunc autem nata esset, cum non quasi debitum exsolvit, sed credendi causa nummos solvit: id est, tunc condicatio de bene depensis nascitur, cum is, qui numeravit, ani-

q) Fabr. in marg. addit εἰ post ἔτε. qq) Fabr. in marg. emendat διαριθῆναι. r) Fabr. δαπανήσει. rr) Lege παρά.

s) τότε Fabr. in marg. emendat pro τὸ ὅτε.

διαθέσει εἶχεν ἔνοχον γενέσθαι ἑαυτῷ τὸν εἰληφότα, οὐχ ὅτε διαθέσει τοῦ λόσαι τὴν ἐνοχήν ἐποιῆσατο τὴν καταβολήν, μαρ-
θάνεις δὲ ἐν τῷ ιε. διγ. τοῦ ἡδεβίτου κονδικτιάμου, ὅτι ὁ ἀλλοτρίους νούμμους ἡδεβίτους καταβαλῶν τὸν ἡδεβίτον καὶ
κονδικτικον εἰς φεπετίονα τῶν καταβληθέντων νούμμους. πᾶς
γάρ οὖν τε ἐστίν, ἡδεβίτους καταβληθέντας^{ss)} τὸν ἀπὸ καλοῦ
δαπανήματος τίκτεσθαι κονδικτίους, ὅτε μὴ διαθέσει τοῦ συ-
στῆσασθαι ἐνοχήν, ἀλλὰ διαθέσεις μᾶλλον τοῦ λόσαι ἐνοχήν
γέγονεν ἡ καταβολή; μὴ ἐναντιωθῇ σοι δὲ τὸ ιη. διγεστὸν
τοῦ παρόντος τίτλου. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γάρ ἐπεισόφησιν ὁ
Οὐλπιανός, τὸν ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος τίκτεσθαι κονδικτί-
κους, καὶ ταῦτη τὸν ἀπαριθμηθέντος^{t)} μὴ σκοπὸν ἐσχήκτος
ἔνοχον καταστησασθαι τὸν λαμβάνοντα· μᾶρουμένους γάρ δια-
θέσει τὴν ἀπαριθμησαν ἐποιῆσατο· ὅμως δὲ λαβὼν ὡς ἐπὶ
δανεῖῃ ἔλαβε. πρὸς τούτους δὲ καὶ ἐνβάλλεσθαι διὰ τῆς τοῦ
δάλου παραγγαρῆς εἴτε τὸν οὐτών τεχθέντα κονδικτίους. ἀνά-
γνωθεὶ καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τῷ ιη. διγ. κειμένην παραγγαρῆν.
[Sch. a. III. 268. sq.]

ὅταν ἡ μελλεῖν ἔχειν ἀγωγὴν] Ἡγουν ὅταν ἐπὶ
συστάσει ἔνοχης δεδώκεν, οὐ μητὶ ἐπὶ λόσαι, ὡς ὁδὲ ὁ νίσος;
ζῆτει κεφ. ιη. περὶ τὴν ἀρχήν· καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι, ἀλλὰ
ἀνάγνωθε τὴν ἐνταῦθα τοῦ Στεφάνου παραγγαρῆν. [Sch. b.
III. 269.]

Τότε γάρ ἡδύνατο ὁ πατήρ ἀπατεῖν τὸν νομίσματα, ὅταν
παρὰ τοῦ ὑπεξοντούν νίσον ὁ ἐναγόμενος ἐδανείσατο ταῦτα·
καὶ οὐ δύναται παραγγάγεσθαι τὸν τούτου πατέρα, καὶ πρὸ^{τῆς}
τῆς συμφωνηθέσης προθεσμίας κινοῦντα. [Sch. b. III. 269.]

Τότε ἀρμόζει τῷ πατέρῳ ὁ ἀπὸ καλοῦ δαπανήματος κον-
δικτίους, ὅτε ἀπὸ τοῦ ὑπεξοντούν νίσον ἀντὸν ἐδανείσαμεν,
νομίσας αὐτὸν καλῶς δανεῖσαι, καὶ ἐδαπάνησα. [Sch. b.
III. 269.]

ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ παρόντος θέματος]
Στεφάνος. Οὐς ἀν̄ εἰ ἔλεγεν, ἐπὶ δὲ τοῦ προκειμένου θέμα-
τος οὐκ ἔτικτε ἀγωγὴν· πῶς γάρ, ὅτε μητὶ συστάσει ἔνοχης;
ἀλλὰ ἐπὶ λόσαι μᾶλλον ἔνοχης κατεβλῆθη τὰ νομίσματα; τὸ
δὲ λεγόμενον τοιούτον ἐστίν· οὐκ ἔτικτε ἀγωγὴν, ὅτι μηδὲ
εἰς φεπετίονα κονδικτίους ἥμοτε, καὶ κατὰ πλάνην κατε-
βλῆθη τὸ ἀπηγορευμένον τῷ δόγματι χρέος, μὴ ἐναντιωθῇ
σοι δὲ δὲ λόγων τον λιθῆ περιπετούνας παραγγαρῆς
καταβαλόντα φεπετεύεν. μάθε γάρ τὸν κανόνα τελείως.
τῶν παραγγαρέων οὐ μὲν πρὸς εὐγονιαν εἰστρέψθησαν τὸν φέσον,
ὡς ἡ τον Βελλιανὸν· αἱ δὲ οὐ πρὸς εὐνοιαν, ἀλλὰ πρὸς
μήτος τον ἀπατώσον, ὡς ἡ τον Μακεδονιανὸν· οἵσαι μὲν οὐν
πρὸς εὐνοιαν τον φέσον εἰστρέψθησαν, φεπετίονα χαρίζονται τῷ
κατὰ λήπην καταβληθέντιⁱⁱ⁾. οἵσαι δὲ πρὸς μήτος εἰστρέψθησαν
τον ἀκτωρος, οὐν εἰσάγονται φεπετίονα τῶν καταβληθέντων,
ὡς φησιν Μαρκιανὸς ἐν τῷ διγ. τοῦ ἡδεβίτου κονδικτι-
κών, ἦτορ βιβ. κδ. τιτ. σ. διγ. φοιν., πτοι
βιβ. ιη. τιτ. δ. κεφ. δ. θέματι β. δὲ μὲν οὐν τον ὑπεξο-
ντον πατήρ, δαπανήθεντα τῶν νούμμους, καὶ κονδικτίους,
εἰ καὶ μη ἡδεβίτον, ἀλλὰ οὐν γενικόν. αὐτὸς δὲ δὲ ὁ ὑπεξο-
ντος, εἰ καὶ κληρονόμος γένηται τον οἰκείον πατέρος, φεπε-
τεύειν ητοι ἐκδικεῖν τοὺς νούμμους οὐν δύναται, ὡς ὁ Οὐλ-
πιανὸς ἐν τῷ ιε. διγ. θέμ. ι. τον ἡδεβίτου κονδικτίου φη-
σιν. ἀνάγνωθε τὴν ἐπεισόφησιν παραγγαρῆν· ζῆτει γάρ
ἐντελώς. [Sch. c. III. 269. sq.]

Τοῦ Ἀναρύμαντος. Οὐ γάρ δι^τ εὐνοιαν τοῦ φέσον, ἀλλὰ διὰ
μήτος τον ἀκτωρος εἰστρέψθη ἡ παραγγαρῆ, ὡς τιτ. σ. διγ. μ.
[Sch. c. III. 270.]

Πηγουν, ὁ δεδωκὼς οὐκ ἔχει ἀγωγήν, οὐδὲ δὲ εἰς φεπετί-
ονα κονδικτίους ἀρμόζει αὐτῷ, εἰ καὶ κατεβλῆθη κατὰ πλά-
νην τὸ ἀπηγορευμένον τῷ δόγματι χρέος· τὸ γαρ φύσει χρεω-
στούμενον καταβληθέν τον νούμμους. [Sch. c. III. 270.]

L. 15. ιε'. Ιδεμ. Ἐπὶ τοῦ δανείου τινὰ παρὰ τὴν ἀκτί-
D. XII. 1. βειαν ἐδέχθησαν· ἔαν γάρ ἐπιτρέψαντός μον παρά-
σχη σοι δὲ χρεώστης μον, ἐνέχη μοι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα
οὐν ἦν ἔμα τὰ νομίσματα. εἰ δὲ καὶ συμφωνήσομεν,

num et voluntatem habuit, ut accipientem sibi obliga-
ret, non autem, cum animo solvendi obligationem fecit
solutionem. Discis autem in dig. 15. de conduct. inde-
bet, ei, qui alienos nummos indebito solvit, conductio-
nem indebiti competere ad repetitionem nummorum so-
lutorum. Quomodo enim fieri posset, ut ei, qui inde-
bite solvit, conductio de bene depensis nasceretur, cum
non animo contrahendae obligationis, sed potius dissol-
vendae solutio facta est? Non obstat dig. 18. huius
tituli. Licet enim ibi dicat Ulpianus, condictionem de
bene depensis nasci, quamvis is, qui numeravit, propo-
situm non habuerit accipientem obligandi: nam donandi
animo numerationem fecerat: tamen qui acceperat, pec-
cuniam quasi mutuam acceperat. Ad haec condictionem
ita natam ait elidi per doli exceptionem. Lege et in
eo digesto 18. positam adnotationem.

6) cum — actionem habiturus esset] Quando scilicet contrahendae obligationis animo dedit, non di-
strahendae, ut hoc loco filius. Quaere cap. 18. circa ini-
tium: et ne obstat tibi, sed lege ibi Stephani adnota-
tionem.

Tunc enim pater nummos petere poterat, cum a filio-
familias reus eos mutuos acceperat: neque exceptio-
nem patri oblicere potest, etiamsi ante diem statutam
agat.

Tunc patri conductio de bene depensis competit, cum
a filio, quem in potestate habet, mutuatus sum, exi-
stims, eum recte credidisse pecuniam, et consumsi.

7) quod non est in proposita specie] Ste-
phani. Quasi diceret, in proposita autem specie non
nasceretur actio. Quomodo enim, cum non contrahendae
obligationis animo, sed magis distrahendae nummi
soluti sint? Quod autem dicitur, tale est: non nasce-
retr actio, quia neque ad repetitionem conductio com-
peteret, et per errorem solutum erat debitum Senatus-
consulto prohibitus. Non obstat regula, qua dicitur,
eum, qui omissa per oblivionem perpetua exceptione
solvit, repete. Disce enim regulam perfectius. Ex-
ceptionum quaedam favore rei introductae sunt, ut ex-
ceptio Senatusconsulti Velleiani: quaedam non favore,
sed odio actoris, ut exceptio Senatusconsulti Macedo-
niani. Quae igitur in favorem rei introductae sunt,
repetitionem indulgent ei, qui per errorem solvit. Quae
vero in odium actoris introductae sunt, solutorum repe-
titionem non inducent, ut ait Marcius in dig. 40. de
conductione indebiti, seu lib. 24. tit. 6. Hac igitur ra-
tione non repetitur per condictionem indebiti solutum
contra Senatusconsultum Macedonianum creditum, quam-
vis per errorem a filiofamilias solutum sit. Observa,
quod dixi, non repeti per condictionem indebiti: pater
enim filiofamilias per certi condictionem generalem, quod
ita solutum est, repetit, ut ait Ulpianus lib. 14. tit. 6.
dig. 9. seu lib. 18. tit. 4. cap. 9. them. 2. Pater igitur
filiofamilias, consumtis nummis, condictione agit, etsi
non indebiti, at tamen generali. Ipse autem filiusfa-
milias, licet patri suo heres effectus sit, repete seu
vindicare nummos non potest, ut Ulpianus ait dig. 26.
them. 10. de conductione indebiti. Lege ibi positam ad-
notationem, quae plenius hac de re docet.

Innominati. Non enim favore rei, sed odio actoris
exceptio introducta est, ut tit. 6. dig. 40.

Id est, qui dedit, non habet actionem, nec conductio
ad repetitionem ei competit, licet per errorem solutum
sit creditum contra Senatusconsultum: nam quod na-
tura debetur, si solutum sit, non repetitur.

XV. Idem. In mutuo quaedam¹⁾ contra ratio-
nem juris recepta sunt²⁾: nam si tibi debitor meus³⁾
mandatu meo pecuniam dederit, obligaris mihi, quam-
vis mea pecunia non fuerit⁴⁾. Sed etsi convenerit

ss) Legē καταβαλόντι. t) Legē ἀπαριθμήσαντος. tt) Legē καταβαλόντι.